

ὅσα τοῦ σώματος καὶ πρὸς τὰ ἔξω ἡμῶν τείνει, ἐπιδαψιλεύωνται, μὴ ἐπαινῆ μηδὲ θαυμάζῃ, μὴ διὰ τοῦτό τις αὐτοὺς τῶν περὶ τὰ ἔξω ἐπτοημένων καὶ τῶ ὄντι κολάκων βλασφημεῖτω μηδὲ βλασφημοῦντι προσεχέτω, ἀλλὰ ληρεῖν ἔατω πολλὰ χαίρειν εἰπών. ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ περὶ τούτου εἰρήσθω.

Κεφ. θ' Τίνα τρόπον περὶ μέθης Πλάτων νομοθετεῖ.

5

- 9,1** Νῦν δ' ἐφ' ἕτερα τῶν κατηγορημάτων τρεπτέον. φησὶν οὖν αὐτὸν ὡσπερ τῶν ἄλλων ἀτοπημάτων, οὕτω καὶ μέθης ἀίσχρου πράγματος διδάσκαλον τοῖς αὐτοῦ γεγονέναι πολίταις, τοῖς μὲν μέχρι τριακονταετίας μέτρον συγχωροῦντα οἶνον, τοῖς δ' ἐντεῦθεν ἕως τετταράκοντα μέθης ἐγγύς, τοῖς δ' ὑπὲρ τὰ τετταράκοντα καὶ μεθύεσθαι συγχωροῦντα καὶ οὕτω τῶ οἴνω **10** χαίροντα, ὡς καὶ πολλὰ περὶ αὐτοῦ πεφυλαρηκότα δύο ὅλα βιβλία καὶ τοῦ παντὸς τῶν Νόμων βιβλίου τὸ ἕκτον μέρος ἐν τούτῳ καταναλωσαι. οὕτω τε ἀλαζονεῖα κατέχεσθαι, ὡς θεὸν ἑαυτὸν ὀνομάσαι καὶ καλεῖσθαι βουλευθέντα. τοῦ γὰρ Κλεινίου εἰπόντος· »δοκεῖς ἡμῖν, ὦ φίλε, τὴν ἐν τοῖς οἴνοις κοινήν διατριβὴν ὡς εἰς παιδείας μεγάλην μοῖραν τείνουσαν λέγειν, **15** ἂν ὀρθῶς γίγνηται. ἔχοις ἂν οὖν τὸ μετὰ τοῦτ' εἰπεῖν, ὡς ἔστι τὸ νῦν εἰρημένον ἀληθές;« τὸν Πλάτωνα ἀποκρίνασθαι· »τὸ μὲν οὖν ἀληθές, ὦ ξένε, διίσχυρίζεσθαι ταῦτα οὕτως ἔχειν, πολλῶν ἀμφισβητούντων, θεοῦ.« εἰθ' ὁμῶς αὐτὸν τὸ τοιοῦτόν γε διὰ μακρὰς ἀποδεδειχέναι φλυαρίας. »εἰ **V 213^v** οὖν θεοῦ μὲν φησι τὸ τὴν περὶ τούτων ἀλήθειαν εἰδέναι, αὐτὸς δ' ἑαυτὸν **20** **U 150** ἔδειξε ταύτην εἰδότα, θεὸν ἑαυτὸν ἠβουλήθη δεῖξαι,« φησὶν ὁ κατήγορος. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὡς κοῦφον αὐτὸν καὶ μωρὸν βλασφημεῖ, οἷς ἐν τῶ τετάρτῳ ὑπισχνούμενος δύνασθαι τε καὶ εἰδέναι εὖ διοικεῖν πόλεις, ἤθεσι χρηστοῖς καὶ νόμοις εὖ κειμένοις αὐτὰς κοσμοῦντα, »τυραννουμένην μοι δότε τὴν πόλιν« βοᾷ καὶ αὖ· »πρόσθε, φησὶν, οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸ γενέσθαι ὑπ' **25** αὐτοῦ νομοθέτην ἄξιον ἐπαίνου.« ἐνόμισε γὰρ κουφότητι ἐπαρθείς, ὡς εἰ ταῦτα περὶ ἑαυτοῦ λέγοιτο, ἔσεσθαι τινα τύραννον, ὃς αὐτὸν ἐπὶ διοίκησιν πόλεων προσκαλέσαιτο. ἔτι δὲ καὶ πάντα γράμματα ἄλλα τῆς αὐτοῦ πόλεως **B 103^v** ἐξελαύνων, τοὺς αὐτοῦ νόμους ἀναγινώσκεσθαι φησι βούλεσθαι μόνον, »καὶ τούτοις τοὺς νέους καὶ οὐδέσιν ἄλλοις παιδεύεσθαι ἐν τῶ ἑβδόμῳ τῶν Νό- **30** μων προστάττει«, λέγων. ἃ φησι λέγειν αὐτόν. πρὸς ἐπὶ τούτοις αὐτῶ μέμφεται, δι' ἃ φησὶν ἐν τῶ αὐτῶ ἑβδόμῳ τὰ μαθήματα ἐκθειάζων μὴ ἂν ποτε γενέσθαι ἀνθρώποις θεὸν μηδὲ δαίμονα μηδὲ ἥρωα οἷον δυνατὸν ἀνθρώπων ἐπιμέλειαν σὺν σπουδῇ ποιεῖσθαι, τὸν μὴ ἐκεῖνα τὸ παράπαν μαθόντα, μηδ' ἂν ἄνθρωπον θεῖον γενέσθαι τὸν μήτε ἐν μήτε δύο μήτε τρία μήθ' **35** ὅλως ἄρτια καὶ περιττὰ δυνάμενον γινώσκειν μηδ' ἀριθμεῖν τὸ παράπαν εἰδότα. κατατρέχει τε οὖν αὐτοῦ ὡς μωρὰ καὶ ἀδιανόητα φθεγξαμένου.
- 2** Τοιαῦτα μὲν οὖν αὐτοῦ καὶ τὰ λοιδορήματα ταῦτα. ἐν οἷς ἃ μὲν διαφθεῖρων, ἃ δὲ προστιθείς, ἃ δὲ παραλιμπάνων, ἔστι δ' ἃ καὶ μὴ συνιεῖς τὴν ἑαυτοῦ ἀποπιμπλᾶ μοχθηρίαν. ὅπου μὲν γὰρ αὐτὸν θεὸν ἑχυτόν καλεῖν **40** **U 150^v** φησι καὶ καλεῖσθαι ἐπιθυμεῖν, ἄκουε ὡς ἀπλῆ καὶ ἀληθῆς ἢ ἀπολογία

modis summo studio vigilantiaque incumbant. Tum quattuor illos oratores crimine nequaquam caruisse arbitratur. Verum neque Plato neque Aristoteles accusandi sunt, sed ambo laudandi, quod veritatem dumtaxat, cuius indagatores erant, respicientes philosophorum officium persolverunt.

5 Cap. IX. De ebrietate, quam concessisse Plato videtur, et quod se deum censuerit ac nihil dignum effici posse existimaverit sine mathematicis disciplinis.

Post haec alia quoque crimina adversarius adducit, quod Plato civibus 9, 1 suis abuti vino et ebrietati indulgere concesserit longumque ac prolixum
10 de ea re sermonem habuerit, quod deum se appellari quaesierit, homo alioquin stultus et levis, quod nullis aliis litteris quam Legibus suis institui iuventutem iusserit, quod denique tantum mathematicis disciplinis tribuerit, ut nullam alicuius rei curam suscipi ab ullo commode posse existimet, nisi sit mathematicis disciplinis recte institutus. Haec obiicit et
15 suo more vituperat, partim pervertens verba Platonis, partim addens aliquid aut minuens, dum insatiabilem illam maledicendi sitim possit explere. Primo autem, quomodo deum se appellasse Platonem velit et unde id acceperit, audite. Plato a Clinia interrogatus, an effici posset, ut convivia et edendi bibendique societas ad usum civilem rectamque erudiendi ra-
20 tionem publice conferrent, respondit certum quicquam de his rebus asserere non suum esse, sed dei immortalis. Tum ita esse, ut tempestiva convivia iuvent, suo iudicio ostendit. Hinc adversarius arguit, quod deum se fecerit, et cum Iudaeis clamat: Crucifigatur. Usque adeo verborum rimator et consequentiarum acutus artifex est, ut sequi illud solus ipse animad-
25 vertat, quod nemo alius unquam vidit. »Deo, inquit, Plato tribuit eius rei cognitionem, quam ipse exponere voluit. Ergo deum se ipse fecit.« O novum argumentandi genus, o dignam demonstrationem atque praeclaram! Quis tam firmam ac solidam argumenti vim infringere et tam inexplicabilem probandi rationem dissolvere possit?

80 At non sequitur, bone vir, ut se deum faciat, qui, cum deum dixerit a veritatem rei nosse, nihilo minus eam, quantum humano ingenio assequi potest, investigare atque aperire conatur. Cognitio enim, quam deo tribuimus, ea certior est, quam sibi homines vindicant. Itaque ut certissima illa dei scientia carere se Plato fatetur, sic humanam, quam attingere po-

2 αὐτοῦς V] B² corr. ex αὐτόν U B | 25 οὐδὲν ἄλλο ἢ *codic.* μὴ κατ' ἄλλο, ἀλλὰ *edit.*

6 cf. Georg. Trap. Comparat. III. 7. | 14 Plat. Legg. I. 641 c d. | 19 Georg. Trap. Comparat. III. 7. | 24 Plat. Legg. IV. 709 e. | 25 Plat. Legg. IV. 710 c. | 31 cf. Plat. Legg. VII. 818 b c.

- καὶ οὐδεμίαν ἐπιδεχομένη συκοφαντίαν. ὄντος γὰρ περὶ μέθης τοῦ λόγου, πρᾶγματος ὡς οὕτως ἀπλῶς εἰπεῖν παρὰ πᾶσιν ἀδόξου καὶ ἀτόπου δοκοῦντος, βουλομένου δὲ τοῦ Πλάτωνος μὴ ἀπλῶς οὕτως περὶ ἐκάστου καὶ εὐθύς
- V 214 ἀποφαίνεσθαι τινα, ὡς βλαβερὸν ἢ καὶ ὠφέλιμον εἶη μὴ εὖ πρότερον σκεψαμένῳ πάντα περὶ αὐτοῦ, δεῖξαντός τε διὰ βραχέων ἐνεῖναι τινα καὶ ἀγαθὰ 5 τῇ εὐτάκτῳ οἴνου πόσει, ἐπιστάτας καὶ ἄρχοντας λαχούση χρηστούς, Κλεινίας αὐτοῦ πυνθάνεται τὰ προειρημένα καὶ τὴν περὶ τούτων ἀλήθειαν ἀπαιτεῖ. Πλάτων δὲ πρὸς τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ καὶ μετριότητι κατὰ τὸν καθηγεμόνα Σωκράτην κοσμούμενος, ὅς οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸ μηδὲν εἰδέναι διῖσχυρίζετο εἰδέναι, εἰδώς τε τὸ ἀνθρώπινον γένος πολλῇ πλάνῃ περὶ πάντα ἐπη- 10 λυγαζόμενον σμικρὸν ἀληθείας μετέχειν, εἴ τις πρὸς θεὸν ἀπίδοι, ὡς ἐν ἐβδόμῳ τῶν Νόμων φησὶν, εὐλαβῶς τε ἀποκρίνεται καὶ πάνυ τοι μετριάζων, μὴ θαρρῶν αὐτὸς δυναθῆναι ἂν εὐρεῖν τὴν ἀλήθειαν περὶ πρᾶγματος ὑπὸ τῶν πλείστων ἀμφισβητούμενου, καὶ φησὶ· »τὸ μὲν ἀληθές, ὦ ξένε, διῖσχυρίζεσθαι ταῦτα οὕτως ἔχειν, πολλῶν ἀμφισβητούντων, θεοῦ.« εἶτα προσ- 15
- B 104 τίθησιν· »εἰ δ' ὅπῃ ἐμοὶ φαίνεται δεῖ λέγειν, οὐδεὶς φθόνος.« τοῦτο δὲ κακουργῶν παρέλιπεν ὁ κατήγορος βουλόμενος ἀξῆσαι τὸ ἔγκλημα, οὐ τῆς ἀληθείας, περὶ ἧς ὁ λόγος, ὡς χρηστοῖς ἀνδράσι προσήκει, ἀλλὰ τοῦ δοκεῖν μόνον φροντίζων κατὰ τοὺς πρὸς δόξαν ἀνθρώπων, οὐ πρὸς ἀληθειαν ζώντας. ἐκεῖνο γὰρ ἐστὶ τὸ τὸν ἅπαντα λόγον ὀρίζον, ἐκείνου ἢ πᾶσα 20 διάνοια ἤρτηται. »ἀλήθειαν τὴν περὶ τοῦτο τὸ πρᾶγμα, φησὶ, ζητεῖς, ὦ
- U 151 ἑταῖρε Κλεινία; ἀλήθειαν, οὐ μικρὸν οὐδ' εὐτελές πρᾶγμα οὐδὲ πᾶσιν ἀνθρώποις γνωστόν, ἀκοῦσαι ἐπιθυμεῖς; ἀλήθειαν δὲ καὶ ταῦτα τὴν ἀκριβεστάτην, τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ διῖσχυρίσασθαι, θεὸς μόνος οἶδεν. ἐκείνου μόνου τοῦτο ἴδιον, ὅς καὶ μόνος ἀληθείᾳ ἐστὶ τε καὶ λέγεται. τὸ δ' ἀν- 25 θρώπινον γένος σμικρὰ ἀληθείας μετέχει ὡς ἐν συγκρίσει θεοῦ. ὁ οὖν ζητεῖς, θεοῦ ἐστὶ διῖσχυρίσασθαι τοῦ μόνου πάντα εἰδότος.« »εἰ δ' ὅπῃ ἐμοὶ φαίνεται δεῖ λέγειν«, εἰ ἀκούειν βούλοιο, ἅπερ αὐτὸς ἀνθρώπος ὢν
- V 214^v εἰπεῖν ἔχοιμι, »φθόνος οὐδεὶς.« τί τούτου τοῦ λόγου σωφρονέστερον, τί μετριώτερον, τί μᾶλλον ἀλαζονείας ἀπέχον; κοινὴ καὶ συνήθης ἅπασιν ἐστὶν 30 ἀνθρώποις, τοῖς γε ἀνθρώπινα περὶ ἑαυτῶν φρονοῦσι, καὶ καθωμιλημένη αὕτη ἢ τοῦ λόγου ἀκολουθία. ζητούμενοι γὰρ περὶ τινῶν ὑψηλοτέρων ἢ καθ' ἑαυτούς, τὸ μὲν ἀληθές περὶ ἐκείνων τὸν θεὸν εἰδέναι φασίν, αὐτοὺς δὲ τὰ δοκοῦντα ἂν αὐτοῖς λέγειν. καὶ οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν οὕτως εἴποι μέτρια περὶ ἑαυτοῦ φρονῶν. δι' ὃ οὐδὲ ῥητέον ἔτι πρὸς τοῦτο πλέον οὐδέν. 35
- 3 »Περὶ δὲ μέθης καὶ ὡς αἰσχροῦ πρᾶγματος τούτου διδάσκαλος ἐγεγόνει Πλάτων καὶ ὡς πλεῖστα περὶ αὐτῆς εἰρήκει τὸ ἕκτον μέρος τοῦ ὅλου βιβλίου εἰς τὸν περὶ τούτου λόγον ἀνηλωκώς.« φαιμέν πρῶτα μὲν τὸν περὶ τοῦ τῶν εἰρημένων περὶ μέθης ποσοῦ λόγον διχῆ ψευδῆ εἶναι τῷ τε μηδὲ τὸ ἕνατον τοῦ ὅλου τῶν Νόμων βιβλίου εἶναι, ἐν ᾧ οἱ περὶ τούτου τοῦ 40

16 δεῖ U] B V M om.

14 Plat. Legg. I. 641 d | 96 Georg. Trar. Comparat. III. 7.

test, exponit et pro viribus ut homo, non ut deus docet. Cum enim de vini usu disputaretur, qui, si mediocris et modicus est, prodest, si vero immodicus, detrimentum affert, non facile pro sua modestia suscipere vini, haud satis honesti nominis, patrocinium voluit, sed paulatim ipsa disse-
 5 rendi ratione ducitur, ut modici vini usum comprobet. Quod priusquam faciat, ad eum, qui interrogaverat, an vini usus ad mores, ad peritiam, ad valetudinem et civilem usum adiumenti aliquid afferret, ita respondit: »Quid veri certique ea de re dici possit, deus scit. Varia enim hominum sententia est. Quid ego quidem probem, pace omnium explicare, ut
 10 opinor, potero.« Hanc partem »quid ego quidem probem« adversarius tacuit, ut suam calumniam faceret verisimiliorem. Etenim quod causam aperit, cur ipse, quod ad deum referat, exponat, hoc ipsum est: »Si certam, inquit, veritatem quaeris, amice Clinia, non parvam rem, non vile negotium, non satis homini cognitum scire cupis. Deus enim unus id novit,
 15 cuius id nosse interest, qui unus veritas ipsa et est et appellatur. At si, quid mihi ex hoc humano ingeniolo videatur, dicendum est, dicam, ut opinor, si placet, absque hominum molestia.* Quid, quaeso, his verbis Platonis modestius dici potest? Quid moderatius? Quid ab insolentia magis alienum? Verumtamen adversarius ut arroganter dictum vituperat
 20 et Platonem ob hanc rem fecisse se deum exclamat.

Nec minus mentitur, cum Platonem magnam operis partem con-
 sumpsisse disserendo de usu vini et temulentiam concessisse hominibus dicit. Pars, quam ipse reprehendit et sextam esse asseverat, vix decima totius operis pars est eiusque partis exigua quaedam particula est, in qua
 25 de vini usu tractatur. Reliqua de erudiendi ratione et musica institutione scribuntur. Cum enim pars liberalis institutionis sit ipsa vivendi sobrietas, et cibi potusque moderatio non immerito addi videtur in ipsa erudiendi ratione. Quod tamen imprimis consideratur et agitur, ipsa eruditio publica est, quam si in toto etiam opere tractari adversarius vere diceret, nihil tamen
 30 esset, quod posset iure reprehendi, siquidem totum opus eo spectat, ut cives bene instituantur, erudiantur, ornentur. »Vereor, inquit Plato, ne de violentia, parva re, multa dicere ac prolixius, quam debeam, progredi videar, quamquam usus ipsius temperari emendarique satis debita naturae ratione non potest, nisi musicae rationis integra praeceptione quasi concinnior
 35 efficiatur, quae musicae ratio absque universo erudiendi negotio tradi non potest. Unde fit, ut permulta dici necesse sit.« De musica igitur erudiendique ratione sermo habetur in ea parte, quam adversarius dumtaxat vino tribuit. Nec indecens est Platonem de conviviis et vini usu eo loco disserere, quandoquidem legum latoris officium est convivorum quoque et vini
 40 usum legibus praescribere, quod et Lycurgus apud Lacedaemonios fecit. Et Romae sodalitates Catone quaestore constitutae sunt, quamquam semper in usu maiorum fuere tempestitiva convivia et solatia quaedam ad publicam eruditionem accommodata. Quam multa hoc loco Plato de disciplina ci-

- πράγματος περιέχονται λόγοι, τῷ τε κακείνου τὸ ἐλάχιστον περὶ μέθης τὸν λόγον ποιείσθαι, περὶ δὲ μουσικῆς καὶ τῆς ὅλης παιδείας τὸν πλεῖστον
- U 151^v εἶναι λόγον. ἐπεὶ γὰρ ὁ περὶ οἴνου πόσεως λόγος οὐκ ἄνευ μουσικῆς οὐδ' ὁ περὶ μουσικῆς ἄνευ τοῦ περὶ τῆς ὅλης παιδείας ἱκανῶς ἂν ἀποδοθῆι, διὰ τοῦτο μακρότερος ὁ οὐ περὶ οἴνου πόσεως, ἀλλ' ἀπάσης μέθης καὶ 6
- B 104^v αὐτῆς μέθης πέρι λόγος ἀναγκαίως ἐγένετο. μὴ γὰρ δόξω ὑμῖν, φησί, »περὶ σμικροῦ πολλά λέγειν, μέθης πέρι, μικροῦ πράγματος, παμμήκη λόγον ἀνακαθαίρομενος. τὸ δὲ ἢ κατὰ φύσιν αὐτῷ διόρθωσις οὐκ ἂν δύναίτο ἄνευ μουσικῆς ὀρθότητός ποτε σαφές οὐδ' ἱκανὸν ἐν τοῖς λόγοις ἀπολαβεῖν. μουσική δὲ ἄνευ παιδείας τῆς πάσης οὐκ ἂν αὖ ποτε δύναίτο. ταῦτα δὲ 10 παμπόλλων ἐστὶ λόγων.« περὶ μουσικῆς οὖν καὶ παιδείας ἀπάσης ἐκεῖ οἱ πλείων, ἄνθρωπε, λόγος, οὐκ οἴνου πόσεως οὐδὲ μέθης, ἢ ὅσον βραχύτατα καὶ περὶ ἐκείνης, καὶ ὅσον εἰς τὰ προκείμενα συμβάλλεται, διειλήφει. ἔπειτα δ' εἴ τις ἀκριβῶς, ὅσα καὶ οἷα ἐν τούτοις περὶ παιδείας φιλοσοφεῖ Πλάτων, [ἀκριβῶς] σκέψαιτο, καὶ οἷς λόγοις καὶ παραινέσει τὰ νέων ἡθῆ κοσμεῖ, 15
- V 215 καὶ οἷα μουσικῆ χρῆσθαι δεῖν νοουθετεῖ, καὶ εἰς ὅσα ἢ εὐτακτος οἴνου πόσις ὠφέλιμος παραδίδωσιν, οὐκ ἄνευ μεγάλου θαύματος καὶ ἐπαίνου καὶ κρότου τὰ λεγόμενα παραδράμοι. οἷδασιν Ἕλληνες ἃ φαμεν, τῆς ἐκείνου φωνῆς αὐτῆς ἀκούοντες, εἴσονται καὶ Λατῖνοι, εἰ βούλοιντο, τὰ ὑπὸ τοῦ κατηγοροῦ τούτου, εἰ καὶ διεφθαρμένως ἠρμηνευμένα, ἔναγινώσκοντες. ἐροῦ- 20
- U 152 μὲν δὲ ὅμως καὶ ἡμεῖς ὡς οἷόν τε διὰ βραχέων τὰ κείνου ἐνταῦθα μεταφράζοντες εἰς τὸ ὡς οἷόν τε σαφέστερον καὶ Λατῖνοις εὐληπτότερον.
- * Τοῦ Λακεδαιμονίου ξένου μὴ ἐξεῖναι Λακεδαιμονίοις κωμάζειν μετὰ μέθης εἰπόντος, ὡσπερ Ἀθηναίοις ἐν Διονυσίοις ἔθιμος, Πλάτων μήτε μέθην μήθ' ὀτιοῦν ἐπιτήδευμα ἄλλο φησὶ δεῖν ἀπλῶς ἢ »ψέγειν ἢ ἐπαινεῖν εὐθύς 26 ῥηθέν«, μὴ πρότερον σκεψαμένοις τὴν ἐργασίαν καὶ προσφορὰν αὐτοῦ, καὶ »ὄντινα τρόπον καὶ οἷσισι καὶ μεθ' ὧν καὶ ὅπως ἔχον καὶ ὅπως ἔχουσι προσφέρειν« δεῖ. οὐδὲ γὰρ »εἴ τις αἰγῶν τροφήν καὶ τὸ ζῶον αὐτό, κτήμα ὡς ἔστι καλόν, ἐπαινοῖ, ἄλλος δὲ τις ἐωρακῶς αἰγας χωρὶς νεμομένας αἰπόλου ἐν ἐργασίμοις χωρίοις δρώσας κακὰ διαψέγοι καὶ πᾶν θρέμμα ἀναρ- 30 χον ἢ μετὰ κακῶν ἀρχόντων ἰδὼν οὕτω μέμφοιτο, τὸν τοῦ τοιούτου ψόγον ἠγούμεθα ὑγιᾶς ἂν ψέξαι καὶ ὀτιοῦν.« οὕτως οὐδ', εἴ τις ἠντιναοῦν κοινωσίαν πεφυκυῖαν μὲν ἄρχοντα ἔχειν καὶ μετ' ἐκείνου ὠφέλιμον εἶναι, ἀναρχον δ' αὐτὴν ἢ μετὰ κακῶν ἀρχόντων ὀρῶν ψέγοι, ὑγιᾶς ἂν ποτ' αὐτὴν
- B 105 ψέξειεν. τῶν πολλῶν οὖν κοινωσιῶν καὶ ξυμπότας καὶ ξυμπόσια μίαν τινὰ 35 ξυνουσίαν οὔσαν εἰ μὲν γινομένην τις ὡς δυνατὸν ὀρθότατα ὀρῶν καὶ μετὰ ἀρχόντων ἐπιστατούντων, εἰτά τι ἐν αὐτῇ ψόγου ἄξιον εὐρίσκων ψέγοι, τάχ' ἂν ὀρθῶς ἴσως μέμφοιτο, εἰ δ' ἁμαρτανομένην ὡς οἷόν τε καὶ ἀτάκτως καὶ ἄνευ ἀρχοντος γινομένην λοιδοροῖ, οὐκ εὖ ποιεῖ. »πᾶν γὰρ τούτῳ τῷ τρόπῳ

8 αὐτῷ *coll.* αὐτοῦ *edit.* | 81 μετὰ κακῶν U B V μετὰ τινων κακῶν *Burnet* | 82 ἂν U B V ἂν ποτε *Burnet* | 89 γινομένην B V γιγνομένην U

6 Plat. Legg. I. 642 a. | 26 Plat. Legg. I. 638 c. | 28 Plat. Legg. I. 639 a. | 32 cf. Plat. Legg. I. 639 b--640 d. | 39 Plat. Legg. I. 640 e.

vium docet, quam bene iuvenes suavissimis moribus instituit, musicae rationem commendat, usum vini honestissimum et tum ad valetudinem corporis, tum ad animi facilitatem et mores accommodatissimum tradit! Nemo profecto est, qui eius ingenium non admiretur et summa cum
 5 laude commendet, solo adversario excepto, qui ebrietatis et temulentiae nomine vocat tempestiva convivia et sodalitates, quas more Lacedaemoniorum, Romanorum reliquarumque honestissimarumque nationum commodissime constitutas ad publicae disciplinae usum et mutuam civium gratiam et caritatem accepimus, de quibus Cato, quem modo nominavi,
 10 apud M. Tullium in eo libro, qui de Senectute inscriptus est, plura cum summa approbatione et laude disseruit. Pluscula etiam ex Platonis sermone hoc loco interpretemur, oportet, ut clarissime, quid ille de ingenua civium institutione, de conviviis publicis, de vini usu scripserit, videatur et iniqua adversarii calumnia deprehendatur ab omnibus. Quem locum
 15 non ita a me positum velim, quasi eodem, quo a me profertur, sermone Plato scripserit. Nam quae de hac re pluribus ille locis disseruit, nos simul texentes ab illo dici ostendimus, ne vel plures libros enumerare cogeremur vel »inquit« saepe interponeremus.

Cum Lacedaemonius ille hospes, qui apud Platonem disputat, haud-
 20 quam licere suis hominibus diceret per temulentiam debacchari, quomodo Athenienses festis diebus Liberi patris agere consueverunt, Plato ita respondet, ut, si quid patria minus honeste faceret, non illico stulte insultando reprehenderet, sed modeste prudenterque corrigeret et distinguendi rationem, quam primus ipse teste Eudemo doctissimo viro in disputando
 25 compererat, explicaret et, quid ex ea re ad virtutis officium capi commode posset, ostenderet. Ita enim, inquit: »Nec vinolentia nec quivis ex more usus laudandus omnibus in rebus aut vituperandus mox est. Sed ante animadvertendum est, qua tandem causa seu ratione id agatur et quo modo, quibus personis, cum quibus, quo animo, affectu, studio, tempore,
 30 loco. Ut enim, si alius cultum caprarum et possessionem eius gregis probat usuique esse et commodo arbitratur, alius cum capras sine pastore depascentes per segetem fruges vastare viderit, improbat et omnem pecudem damnat, quod aliquas errare atque obesse vel sine pastore vel pravo cum pastore aliquando perspexit, sententiam non eius, qui damnat,
 35 pro recta accipimus, sed illius potius, qui probat et, quem ad modum grex colendus sit, praecipit, sic, si quis civilem aliquem coetum, qui regi suo magistratu commode potest, quia peccantem videt, quod aut magistratu careat aut pravo gubernetur, idcirco vituperat, non iudicium eius probandum censemus, sed exspectamus consilium illius, qui et rem servet
 40 et usum corrigat. Conviviorum itaque et sodalitatum coetus si, quoad eius fieri potest, probe constitutus magistro praefecto, sermone adhibito, reliquis officiis conservatis iure adhuc improbari potest, recte vituperes. At si male institutum et temere sine magistro congestum tumultuantemque

I 152^v φανεῖται πονηρόν, δεσπότην τε καὶ ἄρχοντος νήφοντος χωρὶς πραττόμενον. «
 V 215^v δεῖν γὰρ οὖν καὶ μεθύοντων νήφοντά τε καὶ σοφὸν ἄρχοντα καθιστάναι,
 καὶ μὴ τούναντίον. μεθύοντων γὰρ μεθύων καὶ νέος ἄρχων μὴ σοφός, εἰ
 μὴ κακὸν ἀπεργάσαιτό τι μέγα, πολλῇ χρεῖτ' ἂν ἀγαθῇ τύχῃ. σκεπτέον
 οὖν, εἴ τι συμποσίου ὀρθῶς παιδαγωγηθέντος ἀγαθὸν ἰδιώταις ἢ τῇ πόλει 5
 γίγνοιτ' ἂν. δῆλον γὰρ ὡς ἐνός μὲν ὀρθῶς γενομένου ὥσπερ καὶ »παιδὸς
 ἐνός ἢ καὶ χοροῦ εὖ κατὰ τρόπον παιδαγωγηθέντος«, »βραχὺ τι τῇ πόλει
 γίνοιτ' ἂν ὄφελος, εἰ δ' ὄλως παιδείαν τῶν παιδευθέντων« σκεψάμεθα, »τί
 μέγα τὴν πόλιν ὀνίνησιν, αὐτὸ χαλεπὸν εἰπεῖν, ὅτι παιδευθέντες μὲν εὖ γί-
 γνοιντ' ἂν ἄνδρες ἀγαθοί, γενομένοι δὲ τοιοῦτοι τά τ' ἄλλα πράττειεν ἂν 10
 καλῶς, ἔτι δὲ κἂν νικῶεν τοὺς πολεμίους μαχόμενοι.« εἰ δ' οὕτω ταῦτ'
 ἔχοι, τὸ μὲν ἀληθὲς θεὸς ἂν εἶδειν. »εἰ δ' ὅπη ἐμοὶ φαίνεται δεῖ λέγειν,
 οὐδεὶς φθόνος.« ὁκνῶ μὲντοι, μὴ δόξω »περὶ μικροῦ πολλὰ λέγειν, μέθης
 πέρι, μικροῦ πράγματος, παμμήκη λόγον ἀνακαθαιρόμενος. τὸ δὲ ἢ κατὰ
 φύσιν αὐτῶν διόρθωσις οὐκ ἂν δύναίτο ἄνευ μουσικῆς ὀρθότητός ποτε σαφές 15
 οὐδ' ἱκανὸν ἐν ταῖς λόγοις ἀπολαβεῖν· μουσικὴ δὲ ἄνευ παιδείας τῆς πάσης
 οὐκ ἂν αὐτὸ ποτε δύναίτο. ταῦτα δὲ παμπόλλων ἐστὶ λόγων.»

5 Λεκτέον δὲ ὁμῶς καὶ πρῶτον, παιδείαν τί ἐστὶν ὀριστέον, καὶ τίνα
 δύναμιν ἔχει. »τὴν οὖν πρὸς ἀρετὴν καὶ παιδῶν τροφήν, ποιούσαν ἐπι-
 θυμητὴν τε καὶ ἐραστὴν τοῦ πολίτην γενέσθαι τέλεον, ἄρχειν τε καὶ ἄρχε- 20
 σθαι ἐπιστάμενον μετὰ δίκης«, ταύτην μόνην παιδείαν προσαγορευτέον. »τὴν
 U 153 δὲ εἰς χρήματα τείνουσαν ἢ τίνα πρὸς ἰσχὺν ἢ καὶ πρὸς ἄλλην τινὰ σοφίαν
 ἄνευ νοῦ καὶ δίκης βάνασόν τε εἶναι καὶ ἀνελεύθερον« καὶ οὐδαμῶς παι-
 δεῖαν λεκτέον. μηδαμοῦ τοίνυν ἀτιμαστέον παιδείαν ὡς πρῶτον τῶν καλ-
 λίστων τοῖς ἀνδράσι παραγινόμενον. μνηστέον τε καὶ »ὧν πάλαι συνεχω- 25
 B 105^v ρήσαμεν, ὡς ἀγαθῶν μὲν ὄντων τῶν δυναμένων ἄρχειν αὐτῶν, κακῶν δὲ
 τῶν μὴ.« ἐπεὶ δ' εἰς ἡμῶν ἐστὶν ἕκαστος, δύο δὲ »ἔξυμβούλω ἐναντίω τε
 V 216 καὶ ἀφρονεα« κεκτημένοι, »ὧ προσαγορευόμεν ἡδονὴν καὶ λύπην,« ἔτι δ' ἐλπίδος
 φόβον καὶ θάρρος, καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις λογισμὸν τοῦ τί »ποτ' αὐτῶν
 ἀμεινον ἢ χειρόν, ὅς γε γινόμενος δόγμα πόλεως κοινὸν νόμος ἐπωνόμασται.« 30
 »ταῦτα δὲ τὰ πάθη ἐν ἡμῖν οἷον νεῦρα ἢ μήρινθοί τινες ἐνοῦσαι σπῶσί
 τε ἡμᾶς καὶ ἀλλήλαις ἀνθέλκουσιν ἐναντία οὔσαι ἐπ' ἐναντίας πράξεις, οὐ
 δὴ διωρισμένη ἀρετὴ καὶ κακία κεῖται· μιᾶ τῶν ἔλξεων συνεπόμενον αἰ
 δεῖ καὶ μηδαμῇ ἀπολειπόμενον ἐκείνης ἀνθέλκειν τοῖς ἄλλοις νεύροις ἕκαστον.
 ταύτην δ' εἶναι τὴν τοῦ λογισμοῦ ἀγωγὴν χρυσὴν καὶ ἱεράν, τῆς πόλεως 35
 κοινὸν νόμον ἐπικαλουμένην.« ἐν τούτῳ γὰρ καὶ τὸ κρείττω τινὰ ἑαυτοῦ
 εἶναι ἢ ἥττω. »φανερὸν ἂν γίνοιτο μᾶλλον, ὅτι νοεῖ.« ἰδιώτης τε γὰρ

15 αὐτῶ *codd.* αὐτοῦ *edit.* | 19 καὶ παιδῶν τροφήν *codd.* ἐκ παιδῶν παιδείαν *edit.*

6 Plat. Legg. I. 641 b. | 12 Plat. Legg. I. 641 d. | 13 Plat. Legg. I. 642 a. |
 19 Plat. Legg. I. 643 e. | 21 Plat. Legg. I. 644 a. | 26 Plat. Legg. I. 644 b. | 27 Plat.
 Legg. I. 644 c. | 29 Plat. Legg. I. 644 d. | 31 Plat. Legg. I. 644 e–645 b. | 37 cf. Plat.
 Legg. I. 645 d–646 d.

conspiciens aspernaris neque rem, sed modum consideras, haud recte facis. Ita enim unaquaeque res mala iudicaretur, quoties bonus princeps ac dominus deesset. Et poculis igitur magister ac princeps constituendus est sobrius, sapiens, eruditus, non temulentus et stultus. Nam si, qui praeest
 5 hominibus liberalius per convivii licentiam potantibus, non ipse sobrius ac sapiens fuerit, sed vel temulentus vel imperitus iuvenis ac temerarius, nimirum fortunatus hic erit, nisi taetrum aliquid scelestumque commiserit. Cogitandum est igitur, an ex convivio recte instructo boni aliquid vel publice vel privatim possit accidere. Nam si unusquilibet ex civium
 10 numero recte institutus profecerit, aut etiam si coetus aliquis, ad choream agendam bene compositus, probatus fuerit, parum utilitatis hinc rei publicae fore manifestum est. At si universam erudiendi rationem et publicam disciplinam tractamus, facile magni aliquid civitati ita afferri posse dixerimus, ut, si ingenue instituti, viri boni efficiantur. Tales autem facti cum
 15 ceteras res praeclare agere, tum hostes superare facile poterunt. Quodsi haec ita se habent, quid verum certumque sit, deus novit. « Quid ego sentiam, si dicendum sit, pace omnium dicam. Sed vereor, ne de vinolentia, parva re, plura dicere prolixumque admodum sermonem producere videar, quamquam vini usus temperari emendarique satis debita naturae ratione
 20 non potest, nisi integra musicae praeceptione concinnior efficiatur, quae absque universo erudiendi negotio tradi non potest. Unde fit, ut permulta dici necesse sit.»

Dicendum tamen est et primum, quid eruditio sit, et quam vim
 facultatemque habeat, definiendum. »Ea igitur instituendi unica ratio, quae
 25 per virtutem educationemque liberalem cupiditatem in animis iuvenum parit, ut cives optimi efficiantur et iuste tum imperare, tum imperari consuescant, eruditio appellanda est; quae autem ad rem pecuniariam pertinet aut ad corporis vires aut ad ullam sollertiam iustitiae mentisque expertem, hanc illiberalem esse ac sordidam nec eruditionis nomine appellandam
 30 existimo.« Ergo nullo in loco erudiendi ratio contemnenda est, quandoquidem omnium rerum pulcherrima contingere homini potest. Praeterea memoria repetendum est, »quod ante concessimus, viros esse bonos, qui continere sese sibi que dominari possunt, malos, qui id nequeunt facere.« Sed quoniam unusquisque nostrum, quamquam unus est, habet tamen
 35 secum duos comites quasi consultores sibi que invicem adversos, quorum alterum voluptatem, alterum dolorem vocamus, tum etiam metum habet et fiduciam, ad haec rationem cogitandi, quidnam ex iis melius, quidve deterius sit, quae quidem ratio redacta in decretum civitatis publicum lex dicta est. »Ergo hi affectus, quasi nervi et funes quidam tendentes in nobis
 40 convellunt, contraque vicissim ad res agendas contrarias retrahunt. Quo fit, ut rei ratio, cuius virtutem praescriptam habemus, in retrahendo eniti debeat et nunquam, quin adversus alteros nervos contendat, desistere. Eademque ipsa cogitandi et renitendi ratio aurea, sancta et au-

- λόγον ἀληθῆ περὶ τῶν ἔλξεων τούτων λαβῶν, τούτῳ ἐπόμενος ζῆ. καὶ πόλις νόμον παραλαβοῦσα, κακίαν τε καὶ ἀρετὴν ἐγκρίνει καὶ ἀποκρίνει. καὶ ὀρθῶς ἂν τὰ τ' ἄλλα ἐπιτηδεύματα καὶ τὴν ἐν τοῖς οἴνοις διατριβήν, πῆ φαύλως ἢ ὀρθῶς ἔχει, δύναίτο κρίνειν. λαβόντες οὖν συγκεχωρημένον
- U 153^v τὸ τοῦ οἴνου πόσιν σφοδρότερας τὰς ἡδονὰς καὶ λύπας καὶ θυμούς καὶ 5 ἔρωτας ἐπιτείνειν, ὡς τὴν τῆς ψυχῆς ἕξιν τῶν πινόντων εἰς ταῦτόν ἀφικνεῖσθαι τῆ, ὅτε νέοι ἦσαν ἡκιστα τε ἑαυτῶν τότε γίνεσθαι ἐγκρατεῖς, σκεψώμεθα εἴ τινα ἄρα ἡμῖν ὠφέλειαν τὸ τοσοῦτον κακὸν παρέχεται, ὥσπερ καὶ ἡ σωμασκία εἰς πονηρίαν καὶ λεπτότητα καὶ αἰσχος καὶ ἀδυναμίαν τὸ σῶμα ἄγουσα καὶ ἡ φαρμακοποσία ἰσχνάλουσα καὶ λεπτόνουσα ὁμῶς 10 διὰ τὴν μετὰ ταῦτα ὠφέλειαν ἐπιτηδεύονται. εἰ γὰρ κακὴ τῆς οἴνου πόσεως ὠφέλειά τις ἔπεται, τούτ' αὐτῷ »τὴν σωμασκίαν νικᾷ τῷ τὴν μὲν μετ' ἀλγηδόνων εἶναι, τὴν δὲ μή.«
- ε Ἐπεὶ οὖν διττός ὁ φόβος, καὶ ὁ μὲν ἐστὶν ἡ κακοῦ προσδοκία, ὁ δὲ ἡ τοῦ μή κακοῦ δοξασθείημεν λέγοντες ἢ πράττοντές τι τῶν κακῶν, 15 ὅς δὴ φόβος αἰσχύνη καλεῖται καὶ αἰδῶς καὶ τοῦναντίον ἀναίδεια, ὅς καὶ μεγίστων ἡμῖν ἀγαθῶν καὶ νίκης καὶ σωτηρίας γίνεται αἴτιος, ἡ οἴνου πόσις δοκεῖ εἰς τὸ τοῦτον κτήσασθαι καὶ τὴν πρὸς τοῦτο ἢ τοῦναντίον πεφυσμένην
- V 216^v
B 106 ψυχὴν διαγνώσθαι οὐ μικρὰ συμβάλλεσθαι. σκέψαι γάρ· δύο ἐστὶ »τὰ τὴν νίκην ἀπεργαζόμενα, θάρρος μὲν πολεμίων, φίλων δὲ φόβος« εἴτ' οὖν αἰσ- 20 χύνη ὡς δεῖν ἕκαστον ἡμῶν ἀφοβόν τε καὶ φοβερὸν εἶτε θαρραλέον καὶ αἰσχυνηλὸν γίνεσθαι. ὥσπερ δὲ ἀφοβὸν βουλόμενοι ποιεῖν »εἰς φόβους ἄγοντες αὐτὸν μετὰ νόμου, τοιοῦτον ἀπεργαζόμεθα«, οὕτω καὶ φοβερὸν εἶτε αἰσχυνηλὸν ἐθέλοντες ἀπεργάζεσθαι, ἀναισχυνητῆς ξυμβάλλομεν. καὶ προσγυμνάζοντες νικᾶν ποιούμεν διαμαχόμενον αὐτοῦ ταῖς ἡδοναῖς. μήτε 25
- U 154 γὰρ τὸν μὴ πολλαῖς ἡδοναῖς καὶ ἐπιθυμίαις προτρεπούσαις αἰσχυνητεῖν διαμεμαχημένον καὶ νενικηκότα μετὰ λόγου καὶ τέχνης εἶναι σώφρονα τελέως, μήτε πρὸς ἀνδρείαν γίνεσθαι τέλεον τὸν μὴ τῆ ἐν αὐτῷ δειλίᾳ προσμαχόμενον καὶ νικῶντα αὐτήν. ἀπειρον γὰρ καὶ ἀγύμναστον τῶν τοιοῦτων ἀγῶνων ὄντιναοῦν μηδ' ἂν ἡμισυ ἑαυτοῦ γίνεσθαι πρὸς ἀρετὴν. 30 δεῖν δὲ νομοθέτην ὄντιναοῦν ἀνθρώπους παιδεύειν μέλλοντα τῶν πολιτῶν δυνατὸν εἶναι »βάσανον λαμβάνειν ἀνδρείας τε πέρι καὶ δειλίας«, καὶ »μετ' ἀσφαλείας μᾶλλον καὶ ἄνευ κινδύνων μεγάλων ἢ μετὰ τῶν ἐναντίων, ἵνα τὴν μὲν ἐμποιῇ, δειλίαν δὲ τῶν ψυχῶν ἐξορίζῃ.

12 Plat. Legg. I. 646 d. | 14 cf. Plat. Legg. I. 647 a—649 b. | 19 Plat. Legg. I. 647 b. | 22 Plat. Legg. I. 647 c. | 32 Plat. Legg. I. 648 b.

gusta nomen legis communis rei publicae accepit. In hac enim vel illud apertius intellegi potest, quid significetur, cum quempiam se ipso superiorem aut inferiorem dicimus. Enimvero singuli quique homines veram rationem, quam ex hoc renixu statuerunt, sequentes vivunt, et civitas lege, quam
 5 recepit, virtutem probat, vitium reprobat recteque cum ceteras res, tum vini usum, de quo dicere incepimus, quomodo bonus malusve sit, potest iudicare. Confessum itaque id accipimus liberiores vini usum voluptates, dolores, iras, amores, reliquas animi affectiones intendere atque augere, quasi habitus eorum hominum, qui hauserint, eo vigoris redeat, in quo
 10 erat tempore iuvenilis aetatis, proptereaque homines continere se nequeant. Quod tam grave malum an aliquid nobis commoditatis afferre possit animadvertendum est, quomodo exercitatio corporis, licet hominem fessum, debilem, imbecillum reddat, et quomodo epotum medicamentum, quamquam extenuat corporis vires atque debilitat, nihilo minus futuri commodi gratia
 15 in usum recipiuntur. Nam si pari ratione ex vino utilitatis aliquid percipi potest, satius istud fieri dixerim, quandoquidem exercitatio corporis non sine labore molestiaque contingit, vini autem usus maiore facilitate suscipitur.

Cum itaque duplex sit timoris genus: unum, quod exspectatio mali
 20 est, alterum, quo, ne dicendo aliquid aut agendo tamquam mali reprehendi possimus, formidamus simulatque cavemus, quod genus pudor seu verecundia dicitur contrariamque sibi habet impudentiam et cum alia summa bona, tum victoriae salutisque munus praeclarum adhibet, hinc porro fit, ut vini usus ad hoc bonum comparandum dignoscendamque animi naturam,
 25 utrum idonea necne sit, non parum mea sententia conferat. Ita enim velim, consideres. Quae pariunt victoriam, duo sunt: animus fidens adversus hostes, timor seu pudor erga amicos, ita ut unusquisque nostrum et impavidus pavidusque et fidens ac verecundus esse debeat. Quapropter quem ad modum, cum impavidum aliquem reddere volumus, in rebus
 80 formidabilibus atque horrendis eum constituimus sicque salubri lege eum exercentes talem reddimus, eodem modo, quem pavidum seu verecundum facere statuimus, ad res minus pudicas ducimus et in medio earum illos probantes ac voluptatibus opponentes superare eas assuefacimus. Neque enim, qui vim plurimarum voluptatum cupiditatumque ad impudentiam
 85 provocantium cum ratione atque sollertia adversus eas pugnando non superarit, esse perfecte temperans potest, neque ad viri fortis officium accedere quisquam integer potest, nisi animi timiditatem pugnando pervicerit. Etenim, qui expers inexercitatusque huiusmodi certaminis est, ne dimidiam quidem virtutis partem attingere potest. Officium autem legum latoris est
 40 posse velleque experiri civium animos, quomodo se ad fortitudinem ac timiditatem habeant, idque facere loco et tempore commodo et tuto potius quam suspecto et periculoso, ut fortitudinem conciliet animis, timiditatem exterminet.